Nam electio non simpliciter est, sed alterius ad alterum. Vnde cōsiderationem, consiliúmque requirit: & proinde ex opinione consultatiua constituetur. Neque enim de fine, qui rebus omnibus quidam propositus est, sed de iis, quæ ad finem, suscipitur cōsultatio. Id verò omnes consultamus, donec ad nos transtulerimus generationis principium. Quòd si nemo eligit, nisi re priùs consultata, expensáque, melius sit, an deterius, volunt autem quæ possibilia nobis sunt, non quæ ad finem, erit electio, cupiditas rerum penes nos sitarum, deliberatiua. Enimuero omnes, quæ eligimus, eadem volumus, nec tamen quæ volumus, omnia eligimus. Porrò deliberatiuam facultatem voco, cuius principium est consultatio, quæ & concupiscit, id quod vtile decreuerit. Quapropter nec reliquis animantibus, nec omni ætati, aut homini electio inest, eò quòd nec consultare, nec causam quare quid eueniat, iudicare queat. Opinationem tamen faciendúmne quippiam sit, nihil vetat pluribus inesse, sed ratione perspicere, nequaquam. Animæ enim pars deliberatiua, rationes, causásque vestigat. Nam si cuius gratia, vna ex causis existit, (nam quare quid, causa est, & id, cuius gratia quid est, aut sit: vt profectionis, facultatum comportatio, quandoquidem eius gratia proficiscuntur) constat, eos, qui proposito fine carent, consultationi parùm idoneos esse. Quapropter cùm quis facit, aut negligit, quæ penes nos sunt vt faciamus, vel non faciamus, idque non ignoranter, volens vtique, aut facit, aut non facit. Cæterùm multa eiusmodi citra consultationem, præcogitationémque agimus. Vnde necessum, omne eligibile voluntarium esse, non autem voluntarium statim eligibile: item quæ ex electione fiunt, omnia voluntaria sunt, non autem voluntaria omnia iuxta electionem. Similiter ex his manifestum, affectiones rectè in voluntarias, inuoluntarias, & consultatas distribui: quæ etsi non sint accurata, veritatem tamen modo aliquo attingunt: verùm deinceps de his in tractatu de iustis. Electionē igitur nec voluntatem simpliciter, nec opinionem esse patet, sed opinionem cum appetitione, quando ex consultatione concurrunt.

A ἡ γὰρ προαίρεσις μόριόν ἐστιν, οὐχ ἁπλῶς ὄν, ἀλλ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον. τοῦτο δ' οὐκ οἴόν τε ἄνευ σκέψεως καὶ βουλῆς. διὸ εὖ δόξης βουλευτικῆς ἐστιν ἡ προαίρεσις. περὶ μὲν δὴ τὰ τέλους οὐδεὶς βουλεύεται, οὐδὲ τοῦτο κεῖται πᾶσι· περὶ δ' ἃ εἰς τοῦτο τείνοντα, πότερον τόδε ἢ τόδε συντείνει, ἢ ὄν δυνάμενον τοῦτο πως ἔχει. βουλευόμεθα δ' πάντως τοῦτο, ἕως ἂν εἰς B ἡμᾶς ἀναγάγωμεν τῆς γενέσεως τὴν ἀρχήν. εἰ δ' προαιρεῖται μὲν μηδεὶς, μὴ παρασκευασάμενος μηδὲ βουλευσάμενος, ἢ χεῖρον ἢ βέλτιον· βούλεται δ' ὅσα ἐφ' ἡμῖν ἐστι καὶ πρὸς δυνατὸν ἦν, καὶ μὴ πρὸς πρὸς τὸ τέλος, δῆλον ὅτι ἡ προαίρεσις μόριόν ἐστιν ὄρεξις πρὸς ἐφ' αὐτῷ βουλευτικὴ· ἅπαντες γὰρ βουλόμεθα ἃ καὶ προαιρούμεθα. οὐ μόριόν τί γε ἃ βουλόμεθα, πάντα προαιρούμεθα. λέγω δ' βουλευτικὴν, ἧς ἀρχὴ καὶ αἰτία βούλευσις ἐστι, καὶ ὀρέγεται διὰ τὸ βουλεύεσθαι. διὸ οὔτε ἐν τοῖς C ἀλόγοις ζώοις ἐστὶν ἡ προαίρεσις, οὔτε ἐν παντὶ ἡλικίᾳ, οὔτε παντὸς ἔχοντος ἀνθρώπου. οὐδὲ γὰρ βουλεύσασθαι, οὐδ' ὑπόληψις τοῦ διατί, οὐδὲ δόξασμα μὲν εἰ ποιητέον, οὐδὲν κωλύει πολλοῖς ὑπάρχειν. τὸ δὲ διὰ λογισμοῦ εἰδέναι. ἔστι γὰρ βουλευτικὸν τῆς ψυχῆς τὸ θεωρητικὸν αἰτίας τινός. εἰ γὰρ οὗ ἕνεκα μία τῶν αἰτιῶν ἐστι· τὸ μὲν γὰρ διατί, αἰτία· οὗ δ' ἕνεκά ἐστιν ἢ γίγνεται τι, τοῦτο αἴτιον φαμὲν εἶναι· οἷον τὸ βαδίζειν ἡ κομιδὴ τῶν χρημάτων, εἰ τούτου ἕνεκα βαδίζει. διὸ οἷς μηδεὶς κεῖται σκοπὸς, οὐ βουλευτικοί. ὡς· ἐπεὶ τὸ μὲν ἐφ' αὐτῷ ὂν ἢ πρᾶξαι ἢ μὴ πρᾶξαι, ἐάν τις πράττῃ ἢ ἀπρακτῇ, δι' αὐτὸν καὶ μὴ δι' D ἄγνοιαν, ἑκὼν πράττει ἢ ἀπρακτεῖ· πολλὰ δ' τοιούτων πρὸς ἡδονὴν οὐ βουλευσάμενοι, οὐδὲ προνοήσαντες· ἀνάγκη τὸ μὲν προαιρετὸν ἅπαν ἑκούσιον εἶναι, τὸ δ' ἀκούσιον μὴ προαιρετόν· καὶ τὰ μὲν χρῆ προαίρεσιν πάντα ἑκούσια εἶναι, τὰ δ' ἀκούσια, μὴ πάντα χρῆ προαίρεσιν. ἅμα δ' ἐν τούτοις φανερὸν καὶ ὅτι καλῶς διορίζονται οἱ τὰ παραμύθια τὰ μὲν ἑκούσια. τὰ δ' ἀκούσια, τὰ δ' ἐν προνοίᾳ νομοθετοῦσιν. εἰ γὰρ, καὶ μὴ διακρίνουσιν, ἀλλ' ἅπονταί γέ πῃ τῆς ἀληθείας. μάλα πρὸς μὲν τούτων ἐρούμεθα ἐν τῷ πρὸς τοὺς διαιρῶν ὅπισθέν. εἰ ἡ προαίρεσις ὅτι οὔτε ἁπλῶς βούλησις, οὔτε δόξα ἐστὶ, δῆλον· διὰ δόξα τε καὶ ὄρεξις, ὅταν ἐν τῷ βουλεύσασθαι συμβαίνωσιν. ἐπεὶ δ' βουλεύεται ἀεὶ ὁ βουλεύμενος ἕνεκα τινος,